ad gaudium ipsius deliberatis; C[illegible] [illegible] tiri ducatur
plebis; & intactae filias [illegible] ostendenda fili
et fragilitate. C[illegible] sibi confi[illegible] [illegible] tribuunt.
nullam spem in se met ipsis ponunt [illegible] :- Filiae re
gis eadem :- et regina stans a dextris [illegible]: Bene itaque filia uocata
non solum castitate corporis pollens. uerum et mentis. sine qua nihil ualet & ea
quae :- corporis; hinc apostolus de generali utriusque sexus ecclesia. Despondi inquit uos
uni uiro. uirginem castam exhibere Christo. huius filiae gloria intus :- in secreta cordis
in quo deus uidet. in quo se orare iubet; In secreto inquit et penetrali mentis. non in
loquacitate oris. Nam illorum gloria foris :- qui ad hoc bona opera faciunt, ut inde
hominibus potius quam deo placeant. In fimbriis aureis; uestis hoc loco non orna
tum uirtutum designat sicut superius. sed contextum scripturarum ex utroque testamento
scripturarum; Per fimbrias autem quae circa oras uestium texuntur. non incongrue al
legorici sensus accipiuntur. Merito aurei. propter spiritalem intellectum. Potest et per
fimbrias quae orae sunt uestis ut diximus. finis uitae intelligi. & bene non deauratae
ut superius. sed aureae propter caritatem. quae auri fulgore exprimitur. & circa finem
perfectior habetur; Circumamicta uarietatibus. id est ornata et circumdata uirtutum omnium
splendoribus; Varietas enim hic non diuersitatem generum ut superius. sed congeriem
omnium uirtutum designat. quibus sancta ecclesia exornatur & circumdatur. Memor ero nominis
tui. id est laudabo te semper & praedicabo nomen tuum. Ecclesia larga abundans utpote iam ad
dexteris sponsi sui constituta. & omnium gentium diuersitate cumulata. cunctarumque
insuper uirtutum dote multiplicata. & aucta. dicit se tantorum numquam obliuisci
beneficiorum. Propterea quia nomen tuum in omnibus gentibus :- dilatatum. Lau
dabo te. hoc est in aeternum in omnia futura tempora. FILIIS CHORE PRO OCCULTIS.
Qui sint filii chore. crebro expositum :- Occulta autem uocantur. secreta scriptu
rarum uel occulta iudicia quae mira et incomprehensibili dispensatione. alii repro
bantur. alii eliguntur. PSALMUS DAVID. XLIII.